AUGUSTINUS. HUGO DE SANCTO VICTORE
Klosterneuburg, 1508
Seite 26r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=390
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tata fuerit · oportet eandem carnis curam resecare · ne fa
mulos dei teneat voluptas cibi · ne seruiat gule
qui debet anime deseruire · Quanto ergo minus indiget
tanto amplius decet ne cibi eos voluptas teneat · ne gu
le vicium anime virtutes tollat · Nullus palmam spiritalis
certaminis apprehendit · qui non in semetipso prius p
afflictam veteris concupiscentiam carnis · in centuplum deui
cit · Neque enim ad conflictum spiritalis certaminis assurgit · si
non prius in semetipso hostis positus · gule videlicet
appetitus edomat · quia si non ea que nobis sunt vicinio
ra prosternimus minime manifestum ad ea que longe sunt
expugnanda transimus · Multi ordinem certaminis ignora
tes · edomare gulam negligunt · qui aliquin multa et que
magne sunt fortitudinis facinora · sed dum ante gule vicio · et ad spiritali
p carnis illecebras omne quod fortiter egerant perdunt · bella consurg
Et dum veteres non restringit · p carnis concupiscentiam · simul unt ·
cuncte virtutes obruit · Hoc signat quod muros urbis prin
ceps cocorum destruxit · quia virtutes anime dum non restringit ·
ventre perdit · Ex egipto populus eductus in deserto cor
ruit · quia despecto manna cibos carnium petiit · primo